ſigillo & Comitis Gotfridi & univerſitatis de Vilingen fideliter roborari. Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini M. C. C. LXX. poſt feſtum Purificationis Beate Marie Virginis. & hii teſtes huius rei Wnh. patruus. Cunradus Stahellinus. Senior. H. Villicus de Gruningen. H. de Vokkenhuſen. H. Sollo Senior. Burk. Wand & filius ſuus: : Woller. Vlricus dictus Bube. Burk. de Stokka. Bernh. Haimburg. P. dictus Herolt. Walth. der Nūnnon. P. Scultetus. & Otto. & H. fratres ſui. & alij quam plures, fide digni.

## CL.

### D. DE ROTINBERC HOMINES ABBATIÆ S. BLASII IN RIEDEREN A JURISDICTIONE SUA LIBEROS PRONUNTIAT.

### ANNO MCCLXX.

*Ex autographo Abbatiæ S. Blaſii.*

Omnibus hanc paginam inſpecturis. Nobilis Vir D. miles de Rotinberc notitiam ſubſcriptorum. Noverint omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod dum Reverendi in Chriſto A. Abbas & Conventus monaſterii Sancti Blaſii & Magiſter dictus Spulo de Conſtant. Advocatiam villæ in Riederen à Noſtris Nepotibus V. O. & L. Nobilibus de Rœtilleim ſumtibus ſuis legaliter conquiſiſſent. Et nos homines ejuſdem ville ad Judicium noſtrum ad Curiam Tegernowe quorundam perſuaſionibus minus bonis compellere niteremur,

& ſuper hoc inter Dominos predictos & nos queſtio moveretur, demum prudentiori uſi conſilio, quia cognovimus, quod nullum nobis jus in prefatis hominibus ville in Riederen aliqualiter competebat. promittimus & preſenti pagina proteſtamur, quod dictos homines non volumus nec debemus deinceps per judicia noſtra vel aliter pregravare. In quorum omnium evidentiam hanc paginam eximie conſcriptam ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum apud Rotenlein anno Domini MCCLXX. Indictione XVI. non. Jan.

(L. S.)

# CLI.

## DIVISIO HEREDITATIS PATERNÆ ET MATERNÆ INTER EGENONEM ET HEINRICUM FRATRES, COMITES FRIBURGENSES.

### ANNO MCCLXXII.

*Ex autographo Bada-Durlacenſi.*

*In Gottes namen Amen. Wir Grave. Egen. vnn grave. Heinrich. gebrvdere von Friburg, tvn kvnt allen den die diſen brief ſehent oder hörent leſen. daz wir alſvs geſcheiden ſin. vmbe vnſer eirbeteil. das vns von vatter vnn von mvter angeeirbet iſt, daz mir graven. Egen. Friburg iſt worden. vnn alles daz darzv höret. So iſt mir graven. H. worden.*

*Baden. (a) vnn Nvwenburg. vnn alles daz darzv höret. vnn ſcheidet den teil, der bach ze Heitersheim. alſo. ſwas obewendig dez baches iſt, daz höret ze Baden, ſwas nidewendig iſt daz höret ze Friburg. ane daz gvt ze Tonſol. dez han ich grave H. mich nvt verzigen. Zv dem teile ſo iſt mir graven. H. worden. Huſen. in Kinzgental. vnn alles daz darzv höret. vnn haben gemeine man unn dieneſtman. vnn ſilberberge. vnn alle die aneſpräche, die wir an dehein gvt han, die han wir och gemeine. So vergihe ich grave E. daz ich alle die gvlte gelten ſol. die min vatter gelten ſolte. vnn ſol vnſer iedwedere löſen ſin gvt, daz ime ze teile worden iſt, vmbe daz es ſtat. So vergihe ich Grave E. daz ich mich verzigen han dez vorgenanten gvtes. Baden. Nvwenburg. vnn Huſen. vnn alles daz darzv höret. So vergihe ich Grave H. daz ich mich verzigen han Friburg vnn alles des gvtes, daz dazv höret. Vn han ich grave E. geſworen, daz ich minem Brvdere graven H. vmbe Nvwenburg helſe criegen. ane allerſlahte geverde. vnz ime die ſtat wider wirt. vnn als ob der crieg min eigen were. Vnn daz dis ſtete belibe iemerme. darumbe han wir vnſer ingeſigele an dieſen brief gehenket. Ze einri hantve'ſli. vnn ze eime ſteten vrkunde. So ſin wir gezvge dirre vorgenanten Schidvnge, grave. Rvo. von Habeſchburg. grave. H. von Fvrſtenberg. vnn C. der Senger von Liechtenberg. grave. C. von Friburg, tvmherre ze Koſtenze. Her. D. von Rotenburg. der Schvltheiſſe. vnn die vier vnn zwenzig von Friburg. vnn henken darvmbe vnſer ingeſigele an dieſen brief. An dirre ſchidunge was, her. Eb. von Lvppſen. grave. H. von Sulz. her. C. Wn. von Hadeſtat. her. Jo. von Blvmenberg. vnn andere vnſer dieneſtmanne gvvge. die vier*

(a) Hodie Badenweiler.

*vnn zwenzig vnn ander die borger von Friburg. Diz geſchach ze Friburg dez iares, do man zalte von Gottes geburte, zwelf hundert. vnn zwe vnn ſiebenzig iare. An dem Samſtage vor ſante Jacobes tage.*

Nota. Cum membrana hac conſpirant, quæ refert Albertus Argent. Chron. pag. 99.

## CLII.

## RUDOLPHI I. MARCHIONIS DONATIO COENOBIO GOTTSAU FACTA.

### ANNO MCCLXXII.

*Ex Gamanſii Mſct.*

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio de Baden* conſiderantes quod res mundanæ cum mundo tranſeunt, nec coronam poſſunt reddere quam promittunt, igitur conſtare volumus præſentium inſpectoribus univerſis, quod nos divina gratia adſpirante ad laudem Dei & matris noſtri Salvatoris lampadem in ſacro Sancto cœnobio Godougienſi ordinis S. Benedicti, ante altare B. Virginis illibatæ lucere ſtatuimus, in remiſſionem omnium noſtrorum peccaminum ac etiam noſtrorum progenitorum, ut videlicet lampadis ſplendor diem atque noctem illuminet, in omnes horas, & ad hujus luminis impetrationem dicto cœnobio duo talenta hallenſium de villa noſtra novali ſive Neüreüth annis ſingulis dari ſtatuimus de noſtris cenſibus villæ dictæ &c. Confitemur etiam in his ſcriptis nos legaſſe ad ſubſidium dominorum & ad laudem Virginis Dei ma-

tris minutam decimam villæ noſtræ Linckenheimb in omnes annos eorum uſibus profuturam; ne autem dominis aut cœnobio ſæpe dicto, de noſtris ſucceſſoribus aliqua calumnia poſſit impoſterum ſuboriri præſentem cedulam ſignavimus & eam habere noſtri ſigilli facimus firmitatem. Acta ſunt anno Domini MCCLXX. ſecundo, in caſtro Grecingen Fer. 4. feſto quatuor temporum, circa feſtum Sancti Apoſtoli Matthæi.

## CLIII.

### RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS CONCILIATUR CUM IIS, QUI MUNITIONES SELSE ET SELDENOWE DESTRUXERANT.

### ANNO MCCLXXIV.

*Ex Cod. dipl. membr. Civit. Argent. de Anno 1370. Fol.* (*a*)

Nos Rudolphus *Marchio de Baden* ad univerſorum notitiam volumus pervenire publice profitentes, quod nos univerſis ad devaſtationem munitionum noſtrarum Selſe & Seldenowe cooperantibus qui ex juſſu & mandato ſereniſſimi Domini noſtri Rudolphi Romani Regis ad hoc venerunt, videlicet E. & F. Comitibus de Liningen, H. Comiti & filiis ſuis, W. et E. Comitibus de Geminiponte, domino Ph. de Bonlandia, domino H. de Fleckenſtein, Hundi, H. fratri ſuo Store Symoni

(*a*) Legitur quoque hæc Charta in Wenckeri *appar. & inſtruct. archiv.* p. 180.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Symoni Civibus Argent. ac toti Civitati nunc & impoſterum de hujusmodi commiſſo, de quo prædictum eſt, firmam reconciliationem dedimus promittentes nihilominus in hiis ſcriptis, quod nos ſi quid contra quemquam a tempore creationis ſereniſſimi domini noſtri Rudolphi Romanorum Regis indebite acceptavimus coram eodem domino noſtro rege cum requiſiti fuerimus, univerſis juſtitiam faciemus, ita quod & ipſi nobis juſtitiam ibidem de eis, ſi qua contra ipſos nobis proponere competit, e converſo facere ſint parati. Datum anno domini MCCLXXIV. Dominica proxima poſt feſtum S. Jacobi Apoſtoli. In cujus facti evidentiam noſtro ſigillo roboravimus preſens ſcriptum.

## CLIV.

### URBIS BRISACENSIS JUS CIVILE A RUDOLPHO I. IMPERATORE DEFINITUM.

### ANNO MCCLXXV.

*Ex autographo Briſacenſi.*

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, regiæ Majeſtatis ordinatio de qua leges manant, per quam conſuetudines ſubſiſtunt, ſubſcripta Jura ſuis contradidit incolis, ut his contenti pacatam vitam habeant eorumque contemptores legum examine punian-

tur. Si quis infra bannum burgi Briſack homicidium commiſerit capite plectetur. qui ſi effugerit, domus ejus funditus deſtruetur, & infra annum non reædificabitur, omnisque poſſeſſio ejus tam mobilium quam immobilium infra bannum burgi Briſach ſita noſtræ cedent poteſtati, nec unquam regreſſus ei in civitatem concedetur, finito anno heredes eius tres libras Judici, & decem nobis perſolvent, & licentiam reædificandi habebunt, ſi vero ad Judicium veniens ſe innocentem dixerit niſi per duellum convictus fuerit expurgatione præſtita, liber & indempnis erit. Quacunque etiam hora noctis vel diei de homicida judici querimonia fuerit oblata continuo judex per ſonitum campanarum Univerſitate Civium convocata, Judicium ſicut præſcriptum eſt faciet de ipſo. Si quis auxilium evadendi homicidæ præſtiterit pœna plectetur, quâ reus puniendus erat, præter hoc quod ſine pulſatione campanarum judicium de ipſo fiet. Quod ſi auxilium fugienti præſtitiſſe negaverit, niſi ſimiliter per duellum convictus fuerit, expurgatione præſtita abſolvetur. Si quis infra bannum burgi aliquem vulneraverit manu plectetur, & tanquam homicida ſine ſpe redeundi a Burgo ejiciatur. Si autem ad Judicium quod ſonitu campanarum ſicut de homicida fieri debet, veniens, ſe feciſſe negaverit niſi duello convincatur expurgatione præſtita abſolvetur. Si Cives Burgum aliqua occaſione communiter exîerint, pacem quam in burgo tenebant, eundo, redeundo inviolatam ſervabunt; & violatam eo modo quo in Burgo emendabunt. Quicunque prædictum Burgum inhabitantes Cives loci, bannum burgi exîerint præterquam in Negotio Civitatis, & alter alterum occiderit vel vulneraverit tres ſolidos Judici, & tres injuriam paſſo emendabit. niſi fortè evidens & notorium fuerit quod prius inimicitias ſibi geſſerit, verba ſalu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tationis ſibi denegando, Tunc enim judicium quod de homicidis & vulneratoribus ſupraſcriptum eſt de ipſo ſumetur. Quicunque prædictum Burgum inhabitant viri & fœminæ tanquam ejusdem conditionis matrimonium contrahent, & fœminæ ſicut Viri in hæreditatem ſuccedunt parentum. Si qui duellum inierint, loricati & duobus gladijs muniti pugnabunt, qui in duello victus fuerit arma ſua judici reſignabit, vel pro quolibet genere armaturæ tres libras componet. In burgo Briſach ſingulis annis duodecim eligentur qui de communi utilitate fideliter diſponent, Quorum ſi Aliquis pro judicio munus exegerit vel exactum receperit, & de hoc per duos ſuos complices convictus fuerit, dejicietur a conſortio ipſorum, nec in perpetuum ad burgi conſilium admittetur, qui duodecim etiam hoc honore fruentur, ut ſi quis advena domum cujusquam eorum hoſpes intraverit, quamdiu ſecum ſteterit hoſpes a nemine in judicio Briſacenſi ſuper aliquo debito debeat conveniri. Vnusquisque etiam eorum liber erit anno illo duorum ſolidorum cenſus noſtri qui ab omnibus Burgenſibus prædicti Burgi nobis annis ſingulis debentur. Si quis Burgenſium infra burgum vel extra noſtram gratiam demeruerit, non eum in perſona vel rebus offendemus, niſi prius legitimis inducijs citatum, & ordine judiciario convictum, vel confeſſum, pro gratia vero noſtra recuperanda decem libras nobis, judici tres, & ei quem læſit tres perſolvet, poſtquam vero victus vel confeſſus fuerit, ſtatim judex de bonis ſuis ad valorem earundem ſedecim librarum ſub noſtra cuſtodia ſequeſtrabit, inducias tamen habebit pro noſtra gratia recuperanda ſex hebdomadarum & trium dierum quibus expletis, ſi gratiam noſtram non fuerit conſecutus, omnia bona ſua in banno burgi Briſach ſita, no-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtræ cedent poteſtati, quod ſi judex alicujus odii occaſione ſe ſibi gravem reddiderit a burgo recedendo, vel alias ſe ſubtrahendo ut ſibi nomine noſtro dicta pecunia infra debitum terminum non ſolvatur, reus ipſam pecuniam in manus eorum duodecim qui de conſilio fuerint, nomine noſtro offeret, & ſic gratiam recuperabit. Si quis infra bannum burgi aliquem burgenſium armata manu invaſerit, ſive percutiat, ſive non, gratiâ noſtrâ carebit; Si quis aliquem burgenſium ad terram dejecerit, a noſtrâ gratia ſit alienus. Si quis infra bannum burgi aliquem de burgenſibus propria domo vel aliena malignandi animo quod vulgo dicitur *Heimbſuchen*, quæſierit, gratiâ noſtrâ carebit; Si ſtrepitus vel tumultus ob incendia, rixas, vel ob aliquem alium caſum emerſerit, quicunque illic arma aliqua geſtaverit, præter clypeum, ferreum pilleum, & ſecurim, tres libras judici emendabit, niſi guerra vel inſultus hoſtium in bannum provenerit, & ad reſiſtendum eis communiter exierint. Si quis alteri probroſè conviciatus fuerit, Judici decem Solidos, univerſitati Burgenſium decem, & convitia paſſo decem perſolvet. Si quis incola hujus burgi egeſtatis cauſa vel alia neceſſitate a burgo recedere voluerit, libere recedat. Infra burgum Briſach & Argentinenſem civitatem nullus erit portus qui vulgo dicitur *Ladtſtatt* niſi apud Briſach, ab exactione thelonei burgenſes per noſtri Rheni diſtrictum abſolvimus, infra Rheni noſtri terminos ſub noſtri conductus ſecuritate negotiabuntur, omnes homines ſtatuta burgi ſecum volentes ſervare recipient, Quod ſi forte alicujus proprium hominem receperint, ſi ante annum expletum a die receptionis ſuæ a ſuo domino repetatur, & ſuus eſſe jure debito comprobetur, eidem domino ſuo reddetur; poſt annum vero expletum, dictus dominus ſi in provincia fuerit, repetendi nullam habeat faculta-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tem. Quidquid infra ambitum Rheni ſupra Briſack ad duo miliaria & inferius ad unum fuerit *Rheinfällig* ad ipſum burgum pertinebit, præterea ſupradictis civibus de Briſaco ex libertate regia concedimus, ut poſſint habere foëuda & poſſidere ſecundum conſuetudinem feudorum. Item ipſis civibus omnes honeſtas & rationabiles conſuetudines confirmamus jure Imperii in omnibus ſupradictis excepto. ut autem hec omnia inviolabiliter obſerventur, præſentem paginam conſcribi, & regiæ Majeſtatis ſigillo fecimus inſigniri, ſtatuentes ut nulla perſona humilis vel alta his noſtris ſtatutis obviare præſumat, ad majorem etiam confirmationem hi, qui aderant teſtes ſubſcripti ſunt, Venerabilis Henricus Tridentinus Epiſcopus, Illuſtres Albertus Saxoniæ & Philippus Carinthiæ Duces, Marchio de Hachperch, Burgardus de Hoënberch, Everardus de Catzinnellenboge, & Henricus de Vriburch Comites, Walterus de Clingen, Vlricus de Rapoltſteine, Rudolphus de Hewin, Heſſo de Vſenberch, & Burcardus de Horburch nobiles.

Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis Invictiſſimi

| | | |
|---|---|---|
| Acta ſunt hæc anno | | Dominicæ Incarnationis |
| Mileſimo Ducenteſimo | | Septuageſimo Quinto, |
| Indictione tertia. Re | (Locus monogrammatis) | gnante Domino Rudolfo |
| Romanorum rege Se | | reniſſimo anno regni ejus |
| ſecundo. Datum apud | | Briſack octavo Kalend. Se- |
| ptembris feliciter | | Amen. |



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# CLV.

## DIPLOMA RUDOLPHI I. IMPERATORIS PRO ABBATIA TENNEBACENSI.

## ANNO MCCLXXVI.

*Ex Tabulario Tennebacenſi.*

Rudolfus - - Rex Romanorum - - cum inter religioſos viros - - Abbatem & Conventum de Thennebach Ciſterc. Ordinis dilectos & devotos noſtros, ex una, & fideles noſtros fratres de Keppenbach ex parte altera ſuper quibusdam aquis, paſcuis ac aliis moveretur longo tempore materia queſtionis & ejusdem queſtionis diſceptatio in preſentia plurimorum fuerit ventilata, tandem ad noſtre celſitudinis audientiam extitit devoluta. Sed quia nos hujusmodi Diſcuſſioni & Deciſioni intendere perſonaliter nequibamus, nobili viro *H. Marcgravio de Hachperg* & - - - Sculteto de Briſach dilectis fidelibus noſtris, in hac parte vices noſtras duximus committendas. Poſtmodum verò cum predictus Marchio memorate queſtioni intendere non valeret, predicti - - - Abbas & Conventus de Tennibach & dicti fratres de Keppenbach concorditer & uniformiter in predictum Scultetum de Briſach compromiſerunt, eligentes ipſum nomine arbitri in predictis, promittentes fideliter ex utraque parte ſuo ſtare arbitrio in hac parte. Idem verò Scultetus inquirens apud prudentes viros ydoneos, nec non fide dignos ſuper predictis omnibus diligentius veritatem, tandem memora-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tas partes ſecundum formam quarundam litterarum patentium concordavit: Nos verò qui bonum pacis diligimus, & ex regalis equitatis juſtitia affectare debemus, predictum arbitrium & Complanationem Diſcordie ſecundum quod in patentibus Litteris continetur ratam & gratam habentes preſentis ſcripti patrocinio communimus apponentes noſtre majeſtatis Sigillum - - - Datum Hagenowe XIIJ. Kal. Maij. Indict. IIIJ. anno Domini M.CC.LXXVI. regni verò noſtri anno tertio.

# CLVI.

## MARCHIO HEINRICUS II. DE HACHBERG CAPITULO MAJORI CONSTANTIENSI ABBATIAM TENNEBACENSEM COMMENDAT.

## ANNO MCCLXXVI.

*Ex Tabulario Tennebacenſi.*

Venerabilibus in Chriſto Dominis Prepoſito-Decano ceterisque Conſtant. Eccleſie Canonicis Heinricus *Marchio de Haberg* cum omni reverencia & obſequio paratam ad quelibet beneplacita voluntatem. Quoniam Dominus ac pater noſter bone memorie *Heinricus Marchio* religioſis in Chriſto viris Abbati & Conventui de Thennibach ordinis Cyſterc. pro remedio anime ſue ac omnium progenitorum ſuorum curiam ſuam ſitam in villa *Muosbach* cum omnibus ejusdem curie appendiciis & ſpecialiter

cum jure patronatus eccleſie prefate ville contulit, ea videlicet intentione, ut fructus prefacte eccleſie ad menſam eorundem Dominorum perpetuo deſervirent; in cujus curie corporali poſſeſſione nunc ſunt & multo tempore jam fuerunt, nullam tamen adhuc gratiam in ipſa ſunt eccleſia conſecuti. Cum igitur ad preſens in dicto Monaſterio Thennibacenſi ſuperexcreverit numerus perſonarum Deo ibidem continue militancium ac gravi debitorum pondere domus eadem ſit oppreſſa, vobis univerſis & ſingulis ſupplicamus cum ipſis & pro ipſis monachis monaſterii memorati cum affectu omni precum inſtancia qua valemus, quatenus intuitu Dei ac pretextu noſtre dilectionis & ſervicii perpetui oppreſſionem dicte Domus miſericorditer conſiderantes veſtro favore conſilio & auxilio ipſis ſicut veſtrj indiguerint prodeſſe dignemini, aſſiſtere & favere, ut fructus prefate eccleſie in *Muosbach* uſibus eorundem monachorum ſpecialiter deputentur. tantum in hoc caſu pro nobis facientes ut noſtras ſibi apud vos preces ſenciant profuiſſe. & ut vobis ad quelibet ſimus ſerviciorum genera promptiores. Et in evidenciam premiſſorum preſentes vobis litteras miſimus ſigilli noſtri Karactere conſignatas. Datum Hahberg Anno Domini M.CC.LXX. ſexto VIII. Idus Julij.

CLVII.

# CLVII.

## MARCHIONIS HEINRICI II. DE HACHBERG, LANDGRAVII BRISGOVIÆ LITERÆ, DE CIVITATIS FRIBURGENSIS IMMUNITATE A JURISDICTIONE LANDGRAVIALI.

### ANNO MCCLXXVI.

*Ex autographo Friburgenſi.*

*Allen den die diſen Brief anſehint oder horint leſin den kunden wir der* Margraue Heinrich von Hahperg der Lantgraue iſt in Briſcowe *daz die Burger von Vriburg in Briſcowe vor vns an eime offinne lantgerichte wurden angeſprochen umbe jr Vriheit, vnde daz ſu da behuben, daz du ſtatte ze Vriburg gevrite ware von Kunge vnde von Keiſer, alſe ſi ze rehte ſolti. Vnde daz ſu vor nieman ze rehte ſtan ſulin wande vor jrme Herren oder vor dem der an ſiner ſteitte rihter iſt. Diſ behuben ſu vnde bezugeton vor vnſs an eime offinne lantgerihte ze* Oſmenningen *mit Riterne vnde mit andiren Luten, alſe jnen da mit rechtir urtheilde wart jrteilet. Da vil eideler lut warin, Ritter, Burger, vnde och geburon. Vnde haruber ze einem Vrkunde, vnde ze einer Bezugunge dierre Warheit, ſo hein Wir jnen diſen Brief gegebin, vnde beſigelte mit vnſirme Ingiſigel, vnde beueiſtet. Vnde beſchah och diſ an der Mitchun*

*nah ſant Gallen meſ deſ Jares do man zalt von Gotteſ Geburte zweilfhundert Jar, vnde ſehſu, vnde ſibinzigge.*

Nota. Libertatem hanc Friburgenſis Civitatis, ſoli Sculteti ſui judicio obnoxiæ, Albertus I. Jmp. die Sat. ante S. Bonifacii 1301. ad Heidelbergam renovavit, rogante Friderico, Epiſcopo Argent. Servatur Diplomatis quoque hujus autographum in tabulario Friburgenſi.

# CLVIII.

## RUDOLPHUS I. MARCHIO VERONENSIS (BADENSIS) CONSENSU FILIORUM SUORUM PARTHENIO LUCIDÆ VALLIS DECIMAS IN ETHENINGEN CONFERT.

## ANNO MCCLXXVII.

*Ex tabulario Bada-Durlacenſi.*

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio Veronenſis, Dominus de Baden*, tenore præſentium profitemur & conſtare volumus univerſis præſentibus & futuris, quod nos accedente conſenſu *Hermanni Rudolphi, Heſſonis & Rudolphi, filiorum & heredum noſtrorum* medietatem decimæ in oppido Ettlingen, quæ à retro actis temporibus nobis & noſtris progenitoribus attinebat, & competere videbatur, in perſonas religioſas, Abbatiſſam videlicet, & conventum Sanctimonialium Lucidæ vallis ordinis Ciſtercienſis Spirenſis Diœceſis, ob devotionem, quam

ad ordinem habemus, tranſtulimus bonâ & liberâ voluntate, &c. Teſtes Cunradus & Rudolphus fratres nobiles de Roſſewag, Rheinhardus Kymo de Baden, Dietherus Rodarius &c. Ut hæc robur habeant firmitatis ſigilla, noſtrum videlicet & ſoceri noſtri Domini Othonis Senioris de Eberſtein præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum in oppido Beſenkeim. Anno Domini MCCLXXVII. Idus April.

# CLIX.

## EXCERPTA EX CHARTA, QUA HERMANNUS VII. MARCHIO EJUSQUE FRATRES RUDOLFUS ET HESSO CASTRUM LINDENFELS IN COMITEM PALATINUM TRANSFERUNT.

### ANNO MCCLXXVII.

*Ex collectione diplomatum Würtembergica, in cauſſa equeſtri edita, Reichsſtændiſche Archival Urkunden dicta, P. I. Sect. III. Cap. IV. pag. 449.*

Nos *Hermannus*, *Rudolphus*, & *Heſſo*, *Marchiones de Baden*, præſenti ſcripto profitemur & notum facimus preſentibus & futuris hanc literam inſpecturis, quod magnifico principi Domino, & Avunculo meo chariſſimo, illuſtri Lodouico Comiti Palatino Rheni Duci Bavariæ, *caſtrum noſtrum Lindenfels* quod titulo proprietatis nos reſpiciebat & *quod a patre noſtro in portione debita nobis ceſſit*, *qui nobis idem caſtrum cum ſuis attinentiis, nec non alia bona ſua, ſecundum ius & conſuetudinem terræ tra-*

*didit & donavit liberaliter*, perpetuo poſſidenda cum hominibus maioribus & minoribus cujuscunque conditionis vel ſexus exiſtant, &c.

# CLX.

## HENRICI MARCHIONIS HACHBERGENSIS LITERÆ DE ADVOCATIA IN BLANSINGEN, MONASTERIO OLSPERGENSI DATÆ.

## ANNO MCCLXXVII.

*Ex autographo monaſterii Olſpergenſis. Extat apud Herrg. n.565. ſed non exacte.*

Nouerint univerſi audituri tenorem preſentium, vel viſuri. Nos Heinricum *Marchionem de Hachberc*, ad preces inclite domine noſtre *(a)* Regine, dilectis in Chriſto Abbatiſſe & conuentui monaſterii in Olsberc Ordinis Ciſtercienſis Baſilienſis diœceſis, in hoc ſcripto fideliter permiſiſſe, quod de uniuerſis bonis, ſeu poſſeſſionibus ſuis in villa dicta *Blanſingen* ſiue in territorio dicte ville ſitis, quorum jus advocacie ad nos ſpectare dinoſcitur, in duobus Maltheris ſiguli, & una pſoma vini rubei, nomine dicte advocacie nobis, & noſtris ſucceſſoribus annis ſingulis preſentandis contenti eſſe ſimpliciter debeamus. Ita, quod in perpetuum nec per nos, nec per noſtros ſucceſſores, a memoratis ſanctimonialibus ratione ſepeſate Aduocatie, preterquam preſcriptum frumentum & vinum, vt dictum eſt, nobis an-

(a) *Romanorum.* Herrg.

nuatim donandum, nichil penitus exigatur, aliquatenus aut recipiatur. In cuius rei teſtimonium, preſentes ipſis dedimus litteras ſigillo ipſius domine noſtre Regine & noſtro pariter ſigillatas. Et nos. A. Dei gratia Romanorum Regina, ad petitionem ipſius *Heinrici Marchionis de Hacberc, Auunculi noſtri dilecti*, ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Rinvelden anno Domini M. CC. LXX. VII. feria ſecunda proxima ante Carnisprivium.

| | |
|---|---|
| (L. S.) | (L. S.) |
| majeſtat. Annæ Romanorum Reginæ. | Heinrici Marchionis de Hachberg. |

# CLXI.

## EXCERPTA EX RUDOLPHI I. IMPERATORIS CONFIRMATIONE IMMUNITATIS CIVITATUM VILLINGEN, FÜRSTENBERG, HASLACH &c. A FORO EXTRANEO.

### ANNO MCCLXXVIII.

*Ex Archivo Fürſtenbergenſi.*

Supplicante itaque noſtræ Majeſtatis Culmini Viro Henrico Comite de Fürſtenberg, noſtro Conſanguineo, Imperii fideliſſimo, ut cum Villingen, Fürſtenberg, Haslach, Dornſtetten & alia ſua oppida, quæ-

cunque Patris ſui & *Ducis de Zehringen*, *(a)* aliorumque Progenitorum ſuorum temporibus, qui eadem legitime poſſederunt & prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum & Regum Romanorum illuſtrium indulto tali gaviſa fuerunt libertate ſeu immunitate, quod nemo Civium oppidorum prædictorum utriusque ſexus extra oppidum ſuum potuit vel debuit coram Judice aliquo extraneo conveniri ſibi ſuisque civibus & oppidis prædictis libertatem ſeu immunitatem hujusmodi innovare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur. Nos ipſius Comitis Henrici, qui ſe noſtris & Imperii Servitiis præ cæteris hactenus fidelius & irremiſſius applicabat, & adhuc applicat inceſſanter, precibus inclinati, libertatem ſeu immunitatem prædictam ſibi ſuisque Civibus & oppidis prænotatis innovamus, & confirmamus præſentium teſtimonio literarum, volentes & auctoritate Regia firmiter inhibentes, ne quis Civium oppidorum prædictorum, coram alio quo, quam oppidi, in quo reſidet, Judice, ſive realis, ſive perſonalis, ſive alia quæcunque contra ipſum actio intentetur, ſtare judicio compellatur, ſed ſi quis contra ipſos Cives vel eorum aliquem habuerit actionem, illum coram Judice, vel Schulteto oppidi ejusdem juris ordine proſequatur . . . Datum in Caſtris apud Marchegge XIV. Kal. Sept. Indict. VI. Anno Dom. MCCLXXVIII.

(a) Duces de Zæhringen Comitum Fürſtenberg. progenitores ſunt per Agnetem, Bertoldi IV. filiam, quæ Egoni Comiti Urac. nupſerat. Vid. Hiſt. Zaringo-Bad. T. I. pag.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# CLXII.

## JACOBUS DICTUS SERMENZER, CIVIS NEOBURGENSIS, PRÆDIUM A SOCERO SUO, HEINRICO DE HACHA; MILITE, ACCEPTUM, ET DOMINIO DIRECTO MARCHIONIS HACHBERGENSIS OBNOXIUM VENDIT.

### ANNO MCCLXXIX.

*Ex archivo S. Blaſij.*

*Ich Jacob der Sermenzer ein Burger von Nuwenburg tuon kunt allen die diſen Brief ſehen oder hörent leſen das ich Burcharte von Eggenhein des erberen herren des Abbetes von S. Bleſien Kenect han gegeben ze choſenne das guot das mir ware von minem ſweher ſeligen hern Heinriche von Hacha einem Rittere und ets ouch ze Lene han von dem edlen Herrn dem* Marchgrove von Hachperch *und lid ze Schalſingen und ze Eggenhien und ſol ime daſſelbe guot ze litigeme eigene machen ſwenne der Marchgrove kumet ze lande darnach inwendich einen manode. und ſturbi aber der Marchgrove ich ſol es ime lidigon von ſinen erben. und beſchehi ouch bezalte icht ich ſol es ſinen erben vertigen. Beſchehi ouch mir icht, min erben ſullen es velleiſten. Iſt aber das ich es nicht mouch vertigen als hie oben an geſcriben ſtat ſo ſol ich ims oder ſinen erben geben act phunt phenigon an alle geverda. und han ime harumbe ze burgen gegeben hern Spanharten ein riter Johanſen von Sept und Friderichen Brunn. ſwie ime dis nicht wirt gevertiget als ich es gelobt han, ſwenne ſi denne werden gemant ſo ſullen ſi ſich antwurten ze recter giſelſchefte in eines wirtes hus umbe veil guot eſſen unz alles das ich ime gelobet han werde*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*geleiſt. Sturbi ouch des burgen eine. die andern ſullen lieſten unz ein andere an des ſtat werde gegeben. Vnd das dis ſtete belibe ſo han ich imo gegeben diſen brief beſigelten mit minem ingeſigele. Dirre Brief wart gegeben noch Gottes Geburte Tuſent jar Zewie hundert jar ſibenzich und niun jar, maenendes nach des heiligen Bonifacij.*

# CLXIII.

## LITERÆ HEINRICI MARCHIONIS HACHBERGENSIS DE COMMUNI QUATUOR VICORUM SUORUM AGRO, DIETERICO ADVOCATO DE LANDECKE CONCESSO.

### ANNO MCCLXXIX.

*Ex autographo Tennebacenſi.*

*Wir Marcgrave Heinrich der edele Herre von Hahperg tuen kunt allen den die diſen brief anſehent oder horent leſen daz mit unſern willen die erſamen lüte gemenliche von den vier dörfern von* Malteringen. *von* Henbach. *von* Kunringen. *von* Mundingen. *Dieteriche dem Vogete von Landecke verluhen hant en acker bi* Schadelandecke . . . . *Daz diz war ſi u. ſtete belibe ſo gen wir herüber unſer offennen brief zem urkunde u. ze einer hantveſli u. mit unſerme ingeſigele beſigelt u. wart der gegeben ze Hahperg des jares do man zalte von Gottes geburte zwelfhundert nünü und ſibenzig jar an ſante Cecilien tage.*

CLXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# CLXIV.

## RUDOLFI I. IMP. DECRETUM, AD PETITIONEM HEINRICI MARCHIONIS DE HACHBERG EDITUM, NE QUIS INTRA COMITIÆ CUJUSCUNQUE LIMITES ABSQUE COMITIS CONSENSU MUNIMENTUM ALIQUOD CONSTRUAT.

## ANNO MCCLXXIX.

*Ex autographo Abbatiæ Tennebacenſis.*

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis volumus notum eſſe, quod nobis anno Domini M.CC.LXX.IX. Indictione ſeptima Vienne pro tribunali ſedentibus, ad inſtantiam Nobilis viri H. *Marchionis de Hahper*, per communem omnium aſtantium ſententiam eſt obtentum, quod nullus homo, qualiſcunque conditionis fuerit, in alicujus Comitis Comicia caſtrum vel municionem aliam qualemcunque erigere ſive conſtruere debeat, niſi prius ipſius Comitis ſuper eo requiſito beneplacito & obtento.

Quam ſententiam utpote rite & racionabiliter latam approbantes & etiam confirmantes univerſis vobis inhibemus, ne quis Veſtrum ſententiam hujusmodi violet vel infringat. Datum Viennæ die & loco predictis regni noſtri anno ſexto.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# CLXV.

## HEINRICUS MARCHIO HACHBERGENSIS CEDIT PROPRIETATE FUNDORUM IN EGGENHEIM ET SCHALSINGEN DE QUIBUS JACOBUS DICTUS SERMENZER FUERAT A SE INVESTITUS.

### ANNO MCCLXXXI.

*Ex archivo S. Blaſij.*

Henricus *Marchio de Hahberch* omnibus Chriſti fidelibus noticiam. Noverint univerſi quos noſſe fuerit oportunum, quod nos intuitu divine retribucionis proprietatem ſundorum quos excolit Burchardus Procurator Monaſterij S. Blaſij nigre ſilve Conſtantienſis diœceſis per Brisgaudiam conſtitutus ſitorum in villis *Eggenheim* & *Schalſingen* de quibus fundis olim Jacobus dictus Zermez civis oppidi in Nuwenburch per nos extitit infeodatus viris religioſis divina permiſſione Abbati & Conventui Monaſterij S. Blaſij, jam dicti donamus - - - verborum & geſtuum adhibita ſollempnitate quæ in hujusmodi negotiis ſolita eſt adhiberi. Renunciantes pro nobis heredibus noſtris utriusque ſexus omni exceptioni - - - -

In cujus rei teſtimonium preſentem literam jam dictis Abbati & Conventui Monaſterij S. Blaſij damus. Datum apud S. Blaſium Anno Domini MCCLXXXI. 3. Nonas Dec. Ind. X. preſentibus Anshelmo Prepoſito de Burgelon. Magiſtro B. Rectore Eccleſie in Oberneggenhaim. Dicto Burner cive in Vriburch. Bertholdo Advocato de Suſenburch & aliis.

# CLXVI.

## RUDOLPHI I. IMP. PRIVILEGIUM CIVITATI FRIBURGENSI DATUM, UT JURIBUS CIVITATIS COLUMBAR. FRUERETUR.

## ANNO MCCLXXXII.

*Ex autographo Friburgenſi.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis ſacri Imperij Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum; In Regie dignitatis ſpecula, divino munere conſtituti, libenter ad fidelium ſubditorum utilitates & commoda procuranda, ſolite benignitatis inclinamus intuitum, ut ceteri ex eo ad nos ſacrum Imperium devotionis & fidei ſuſcipiant intentivum. Noverint igitur tam preſentis etatis homines quam future quod nos venerandi Heinrici Baſilienſis Epiſcopi ordinis minorum principis & ſecretarij noſtri dilecti, grata multum & placita pure devocionis inſignia in quibus, nobis non inſima delectatione complacuit, benignius intuentes, ad ipſius inſtantiam, prudentibus viris, civibus Friburgenſibus in Briſcowia tam preſentibus quam futuris & ipſorum Civitati omnes gratias, libertates & jura, quibus civitas Columbarienſis, & alie noſtre ac imperij civitates, gaudere noſcuntur, de Regali clementia concedimus, & de novo donamus, perpetuo poſſidendas. Inſuper in gratie amplioris augmentum, predictis civibus, & ipſorum civitati, omnia jura, conſuetudines, libertates & gratias, quas usque ad hec tempora juſte ac ratio-

nabiliter habuerunt, de plenitudine poteſtatis Regie confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Teſtes hujus ſunt ven. H. Baſilienſis Epiſcopus predictus. Illuſtris L. Comes palatinus Reni Dux Bawarie. principes noſtri. Nobiles Viri. E. de Catzenellenbogen. Johannes de Spanheim. N: de Naſſowe Comites. H. de Bappenheim, Marſchalcus noſter & alii quam plures. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus communiri; Datum Wormacie IIII. Idus Novembris. Indictione XI. Anno Domini M. CC. LXXXII. Regni vero noſtri anno decimo.

## CLXVII.

### OTTO EBERSTEINIUS PARTEM CASTRI VETERIS EBERSTEIN, RUDOLPHO MARCHIONI VENDIT.

### ANNO MCCLXXXIII.

*Ex autographo Archivi Badenſis Raſtadij.*

*Wir Otte von Eberſtein verjehen und thun kund allen den, die dieſen Brief ſehent oder hörent leſen, daſs wir unſerm Schweſter Mann Rudolphe dem Marggraven von Baden und unſer Schweſter* Cunigunde, *ſeiner Würthin, für ſolche Anſprache, als unſer vorgenante Schweſter ahn uns hette, oder haben möchte, umb ſolch guth, das uns anerbete von Vatter und von Mutter, den Theil der Burge des alten Eberſteins, den unſer Vetter Simon von Zweybrücken hatte, und den Wir demſelben Simon mit rechtem Vrtheil und Gerichte han angewunnen, umb ſolchen Spruck, der geſchehen iſt, an dem Geſetzete, das zwiſchen unſerem Vatter, uns*

*und ihm wardt gemacht, mit allem dem rechte, als Wir ihn vor Gerichte han erkoberet, gegeben han ohn alle Geſehrde. Wir nemmen aber uſs alle die Mannlehen, die zu dem Theile, das Simon von Zweybrücken was, hörten, alſo daſs Wir die ſollen lyhen. Were aber, daß wir ohn Kindt, die uns erben ſolten, abegiengen, ſo ſollent ſie wider fallen ahn den vorgenannten Marggraven von Baden undt ahn ſin Erben, daſs diſs von unſern wegen ſtethe blibe, des han Wir geſchwohren uff den heiligen. Diſs geſchahe, da von Gottes Geburthe waren tuſend jahr, zweyhundert jahr, achtzig jahr und drey jahr, ahn dem achten Tag nach St. Walburge Tage.*

# CLXVIII.

## OTTO COMES AB EBERSTEIN ALIAM PARTEM CASTRI VETERIS EBERSTEIN AFFINI SUO, RUDOLPHO MARCHIONI BADENSI VENDIT.

### ANNO MCCLXXXIII.

*Ex autographo tabularij Bada - Badenſis.*

*Wir Otto von Eberſtein verjehen und thun kund allen denen, die dieſen Brieff ſehen, oder hörend leſen, daſs Wir unſerm Schweſter Mann* Rudolphe *dem Marggrave von Baaden haben zu kauſen geben den vierten Theil der Burge des alten Eberſteins, den Wir* von unſerem Vatter erbeten *um 25. Marckh minder dann 400. Marck löthiges Silbers mit ſolchem Guthe, als Wir an dieſem Brieff benennen: Wir ge-*

*ben das Wyler daſs man heiſſet Zelle, alſo daſs man diſs ledigen ſoll von der Wittwe zu Büre: Wir geben Ihm auch Feld, Wald, und was an dem Burge gelegen iſt, biſs an die Stadt, die da heiſſet das Rodeſohl, Wir nehmen aber uſs bey Nahmen an dieſem Briefe, den Wald der zu dieſem Theil höret der Burge, den man heiſſet der Dickhe, Wir nehmen auch unſer Lüth uſs, die uff den vorgenannten Guthe ſitzen, daſs diſs ſteth und vöſt blibe, und Wir In der Gütheren wehren nach rechte, darumen iſt dieſer Brieff beſiegelt mit unſerm Inſigel, diſs geſchahe, da von Gottes Gebuhrt ware tuſend Jahr, zweyhundert Jahr, drey und achtzig Jahr ahn dem achten Tag nach St. Walburg Tag.*

# CLXIX.

## RUDOLFUS I. IMP. FILIO SUO NATURALI, ALBERTO COMITI DE LOEWENSTEIN, DECIMAS HEILBRONNÆ CONFERT IN FEUDUM.

## ANNO MCCLXXXIII.

*Ex Tabulario Elector Palat.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri imperij Romani fidelibus preſentes Litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Licet Regalis Liberalitatis affluentia nec non munificentiæ plenitudo erga cunctos noſtros ſubditos & fideles ad incrementum fidei amplioris lucide debeat elucere, tamen Naturæ Lex præcipit filiis ampliorem ceteris gratiam impartiri; ſane cum erga nobilem virum Albertum Comitem de Loewenſtein filium noſtrum dilectum

ſic vigeat noſtra affectio paternalis, quod ipſius commodum noſtrum proprium reputemus, ſibi & Heredibus ſuis legitimis omnes decimas in *Heylicprunne* ad nos & imperium pertinentes conceſſimus a nobis & eodem Romano imperio perpetuo in feodum poſſidendas. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei in aliquo auſu temerario contraire, quod qui fecit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum Hagenowe X. Kal. Junij Indict. XI. Anno Domini M.CC.LXXXIII. Regni noſtri anno X.

Nota. Cum hac charta conf. aliam infra ad Annum 1298.

# CLXX.

## HERMANNI VII. MARCHIONIS CHARTA, QUA REDITUS SUOS IN KNODELINGEN ET NUWERUTE PRO XXVI. MARCIS ARGENTI OPPIGNERAT.

### ANNO MCCLXXXIII.

*Ex autographo Durlacenſi.*

Wir Herman *der* junge *Marggraue von Baden dun allen den kunt, die diſen Brief ſehen alder horen leſen, daz wir dem Herren Peter von der Sconenegge von Strasburg verſezet haben vnſer Gelt, daz*

*wir haben ze* Knodelingen *(a) vnd ze dem* Nuwerute *(b) vmbe ſehſe vnd zewanzig marke lotiges Silbers mit dirre beſcaidenheit, daz er alder ſine erben von deme vorgenannten Gute von Oſteren, die nu koment vber Jar nemen ſullen drizen marke lotiges Silbers vnd darnach ze Sante Micheles Dage dem neheſten die anderen drizen Marke vnd haben ime daz gelobet mit vnſeren driwen, daz Wir in noch ſin erben an dem vorgenanten Gute nicht en irren mit kainer ſlahte dinge, Bi dirre vnſere Sazunge iſt geweſen der Herre Hug der Voget von Wellehuſen, Herre B. von Remechingen, H. Gerhart von Vbeſtat vnd Al. der Scriber. daz diz alſo veſt vnd ſtäte belibe, dez geben wir dem vorgenanten Herren Peter vnd ſinen erben vnſeren ofenen brief, verſigelt mit vnſerem Inſigel, dirre brief wart geben, do von Gottes Geburt gezalt waren duſent Jar zewaihundert Jar vnd driv vnd achzig Jar, an Sante Gallen Dage.*

(L. S.)

(*a*) Hodie *Knielingen*, vel, ut in documentis reperitur, *Knülingen*.

(*b*) Hodie *Neret*, vterque Præfecturæ Carolsruhenſis vicus.

# CLXXI.

## HEINRICI II. MARCHIONIS HACHBERGENSIS CHARTA, QUA MONASTERIO ADELHAUSEN DECIMAS IN ÜCHTINGEN TRADIT.

## ANNO MCCLXXX.

*Ex autographo tabularii Bada-Durlacenſis.*

*Wiſſen alle, die diſen Brief ſehen oder hörent leſen, das ich marggraue* Heinrich von Hochperg *hab gegeben zu nieſſende vnd zu beſitzene meinen Zehenden zu Vchtingen dem Cloſter zu Adelhauſen bey Freyburg, dur Gott und durch meiner kint willen, Kunigunden vnd Eliſabethin, die in demſelben Cloſter ſeind, vnzint ich deſſelben Cloſters Conuent han gewert hundert Mark Silbers, alde ein ander Gut, das Sie darfür nement, vnnd die wal ſoll ſtan an dem vorgenanten Conuent vnd nit an mir, vnd wirt aber das vorgenant Cloſter entwert des vorgenanten Zehenden von einer ſchlacht ſach, ſo bein ich vnd alle meine Erben ſchuldig der vorgenannten hundert Mark alle des Guts, das der vorgenant Conuent darfür nemit vnd wa ſie nit gewert ſeind an dem Zehenden, hundert Mark Silbers, da ſoll ich vnd meine Erben beſſirne, wenn ſys vordernt vnd harüber zu einem Vrkundt, So han ich Inen diſen brief geben vnde beſigelt, mit meinem Ingeſiegel vnd meins Oheims Herrn Wilhelms von Schwartzenberg vnd mit der Stett Inſigele zu Freyburg vnd ward der gegeben, da man zalt von Gottes Geburt zwelf hundert Jar vnd Im vier vnd achtzig, an der Mitchun nach dem Palmtag vnnd waren haran da dis beſcach, der Abt von Teinbach vnd*

*mein Oheim von Schwarzenberg, der Leſsmeiſter von den Predierne zu Freyburg vnd Bruder Damme von Waldkirch vnd bruder Heinrich von Rotwyl, der Schafner deſſelben Cloſters Adelhauſen vnd der Turner von Freyburg vnd ander biderleuwt gnug.*

# CLXXII.

## HEINRICUS MARCHIO HACHBERG. UXORIS ET FILIORUM SUORUM CONSENSU REDITUS IN MALTERTINGEN ABBATIÆ TENNEBACENSI VENDIT.

### ANNO MCCLXXXV.

*Ex autographo Tennebacenſi.*

Nos Heinricus *Marchio de Hahberg* univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus geſte rei noticiam cum ſalute . . . Noverit igitur preſens etas & futura poſteritas quod nos accedente bona voluntate & conſenſu Domine *Anne uxoris noſtre legitime ac filiorum* noſtrorum *Heinrici. Ruodolfi* & *Friderici* aliorumque omnium liberorum noſtrorum religioſis in Chriſto viris Domino Abbati & Conventui de Thennibach Ordinis Cyſtercienſis Conſtantienſis Dyoceſis redditus quinque marcarum in villa & banno *Malterttingen* de bonis & poſſeſſionibus noſtris, que & quas habemus, quos redditus eisdem in hiis bonis nominete-

nus exprimimus . . . Teſtes qui huic venditioni interſuerunt ſunt iſti: Dominus Ulricus Abbas de Salem, domini Meinwardus Abbas de Thennibach, frater Heinricus Prior, frater H. major Cellerarius, frater Meinwardus Camerarius, frater C. Mercator, frater Ortholfus converſi de Thennibach, Comes Egeno de Friburg, Rudolfus de Uſenberg, Johannes & Willehelmus Domini de Swarzenberg, Dietericus junior & Volmarus fratres de Keppenbach. Wolframmus miles de Viſcherbach . . . . Wolfammus advocatus in Hahberg & Conradus ſcribi de Emmetingen & plures alij fide digni. In hujus venditionis & facti teſtimonium ac evidentiam pleniorem & perpetuam firmitatem nos prenominatus Heinricus *Marchio de Hahberg* preſatis Dom. Abbati & Conventui de Thennibach preſentes literas contulimus ſigilli noſtri & preſate Domine Anne uxoris noſtre & Heinrici filij noſtri Karactere conſignantas. Datum & actum apud Hahberg anno Domini M.CC.LXXX. quinto, in die decollationis beati Johannis Baptiſte, Indict. XIII.

Nota. Appendent his literis ſigilla: Heinrici Margravij de Hahberg; Anne Margravie de Hahberg; Heinr. March. junioris de Hahberg.

# CLXXIII.

## RUDOLFI I. IMP. DIPLOMA, QUO CASTRUM MULBERG, FEUDUM IMPERII, A RUDOLFO MARCH. BADENSI PROPTER NUPTIAS PERMITTIT DONARI.

### ANNO MCCLXXXVII.

*Ex autographo Bada - Durlacenſi.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Vniverſis ſacri Imperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum, Ne res geſte in obliuionis labantur caliginem, expedit, ipſas ſcripturarum teſtimoniis perhennare. Ad uniuerſitatis igitur veſtre noticiam preſentibus volumus peruenire, quod ſpectabilis Vir Rudolfus *Marchio de Baden Junior*, nobili femine *Adelheydi*, ſue Vxori legitime, ſororis noſtre de Ohſenſtein, filie, dedit & donauit mille Marcas argenti in dotem ſiue donacionem propter nuptias, que vulgariter wideme appellatur, Et quia idem *Rudolfus* paratam pecuniam non habebat, obligauit eidem *Adelheidi*, ſue Vxori caſtrum *Mulenberg*, cum omnibus ſuis attinenciis, quod à nobis & Imperio in feodum obtinetur & obligationem huiusmodi fecit per manus noſtras, tamquam domini feodi & de noſtro cenſenſu ſimplici & expreſſo, ita quod eadem *Adelheydis* Vxor ſua, ſororis noſtre de Ohſenſtein filia & ſui heredes, dictum caſtrum cum omnibus ſuis Juribus & attinenciis, non obſtante quod a nobis & Imperio tenetur in feodum, vt predictum eſt, tam diu teneat & poſſideat, quousque ſibi vel ſuis heredibus, dicte

mille marce fuerint perſolute. In cujus noſtri conſenſus teſtimonium preſentes litteras Maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum Heilprunne V. Kalend. Decembris, Ind. XV. Anno Domini M. CC. LXXX. ſeptimo. Regni vero noſtri anno quinto decimo. Nos autem *Rudolfus Junior*, *Marchio de Baden* predictus, predictarum mille marcarum donationem & predicti caſtri obligationem pro eisdem, vt premiſſum eſt, predicte *Adelheydi*, Vxori noſtre legitime, per manus ſereniſſimi Domini noſtri Domini Rud. Romanorum regis & auctoritate ſua & conſenſu ſuo, nos feciſſe, preſentibus publice proteſtamur. Teſtes, qui huic donacioni & obligacioni interfuerunt, ſunt venerabilis H. Archiepiſcopus Moguntinus, Cunradus Arnentinenſis Epiſcopus, nobiles viri *Heſſo*, *Marchio de Baden*. Eberh. de Catzenellenboge Comes, & quamplures alii fide digni. Et nos teſtes ſuperius annotati, ad preces predicti Rudolfi, Marchionis de Baden, ſigilla noſtra vna cum ſereniſſimi Domini noſtri domini Rudolfi Romanorum Regis ſigillo & ſuo preſentibus duximus appendenda. Datum Heilprunne, Anno Domini, die & Indictione preſcriptis.

(L. S.) Rudolfi Regis.

(L. S.) Eberh. Com. de Catzenellenboge.

# CLXXIV.

## RUDOLPHI I. MARCHIONIS BADENSIS DONATIO FACTA MONASTERIO IN SCHWARZACH.

### ANNO MCCLXXXVIII.

*Ex Archivo Badenſi.*

Sciant cuncti, quos ſcire fuerit opportunum, quod nos *Rudolphus* D. G. *Senior de Baden*, pro nobis & noſtris heredibus univerſis, ſive ſucceſſoribus, vineam dictam *in der Härenbach*, in villa & banno *Alswiller* ſitam, cujus jus proprietatis ad nos ſpectabat, viris religioſis & à Chriſto dilectis, Abbati & Conventui Monaſterii in *Zuartzach* tradimus, conferimus & aſſignamus, jure proprietatis. Datum in *Eberſtein*, anno Domini MCCLXXXVIII. Sabbato poſt nativitatem beatiſſime virginis Mariæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# CLXXV.

## RUDOLPHI I. MARCHIONIS ERECTIO ET DOTATIO CAPELLÆ IN MONASTERIO BÜEREN.

## ANNO MCCLXXXVIII.

*Ex Gamanſii Manuſcripto.*

